

bona pertinencium ad placita advocati, que vulgo voyitding vel lantding dicuntur, venire cogatur, nisi forte capitali sententia dignus inveniatur. Hanc sepius iam dictorum bonorum libertatem et pacem advocatus pro sua suorumque heredum in ecclesia Cicensi memoria perhenni sue suorumque heredum tuicioni specialiter subscripsit et, ut perpetuum inconcussa et inconvulsa permaneret omnimodis, scripto videlicet et banno confirmari expostulavit. Nos igitur eandem libertatem supra dictis fratrum nostrorum Censium bonis in nomine patris et filii et spiritus sancti per auctoritatem beati Petri et Pauli et nostram sancimus atque presenti scripto sub anathemate perpetuali inviolabiliter comunimus. Si qua igitur spiritalis secularisve persona hanc nostre sancionis firmitatem irritare vel violare presumpserit, si tercio commonita per condignam satisfactionem non resipuerit et a sacrosancte matris ecclesie sinu per excommunicationem divinam et apostolicam proiectus cum angelo apostata et Iuda traditore in illo miseriarum lacu tormentandus retradatur, ubi nec remissio nec finis invenitur. Huius rei testes sunt. Rabodo prepositus Nuemburgensis. Fredericus prepositus Cizensis. Eckardus abbas sancti Georgii. Azo abbas Pusauiensis. Adilholdus abbas Portensis. Rudolfus abbas de Burgelin. Ernestus prepositus sancti Mauricii. Conradus prepositus sancti Stephani. Fratres Censes. Sifridus decanus. Th[eodericus] filius comitis Detonis. Martinus. Gosbertus. Billungus. Gerhardus. Lutoldus. Gotschalcus. Nobiles. Erkenbertus de Teckewitz. Henricus de Breitinbuch. Teoboldus et Gerbrandus fratres. Ministeriales. Volradus. Ludewicus de Crozne. Rudolfus de Bunow. Hugo de Hokenwalde et fratres sui. Gunbertus et Conradus fratres. Actum anno ab incarnatione domini MCLXVIII, indictione secunda, episcopatus vicesimo.

## 361.

*Bischof Udo II. von Naumburg bekundet, daß er dem Domkapitel daselbst seinen Forst in der Aue vor der Stadt mit dem Grundstücke zugeeignet habe. — Zeuge: Graf Dedo.* [1169.] 25

*Hdschr.: Or. Perg. Stiftsarchiv Naumburg.*

*Gedr.: Lepsius, Gesch. der Bischöfe von Naumburg 1,260.*

*Anm.: Die undatirte Urkunde ist offenbar in gleicher Zeit mit der vorhergehenden Urkunde (No. 360) ausgestellt. Die größere Zahl der Zeugen, namentlich die Hauptzeugen, stimmt in beiden überein. Jedenfalls kann dieselbe nicht viel später abgefaßt sein, da der in beiden als Zeuge auftretende Abt Rudolf von Bürgel wohl im Jahre 1170 starb, seit 1171 sicher nicht mehr auftritt.* 30

— — Huius pagine testes sunt hii. Prepositus maioris ecclesie Rabodo. Gerbodo decanus. Gerlagus magister. Canonici maioris ecclesie. Trutwinus. Adelbero. Cōnradus. Henricus. Manegoldus. Iohannes. Hatho. Hartmannus. Ekkehardus abbas sancti Georgii. Azzo abbas de Bvzowe. Rvdolfus abbas de Burglino. Adaloldus abbas de Porta. Canonici Censis ecclesie. Sigefridus decanus. Gozbertus. Martinus. Rvdolfus. Tiebaldus. Luitholdus. Gerhardus. Dedo comes. Reinhardus advocatus de Bobuluz. Herimannus de Salecke. Odalricus Mutiz. Ministeriales. Gerhardus et Gumbertus fratres. Berinhardus. Adalbertus. Lvdowicus. Wolradus. Dencricus. Henricus cum barba. Hertwigus et Lvdewigus fratres. Herbo et Hertwigus fratres. Ernestus et alii quam plures. 40

(SJD.)